




Saint Francis Chapel, in the Prudential Center  
800 Boylston St. Suite 1001, Boston, Massachusetts 02199

10/28/2009



MASS FOR THE DEAD  
November 2, 2009

*The Introit proper to the day is sung by the choir while the celebrant enters and venerates the altar.*


### Introit

Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.  
 ✎. Te decet hymnus, Deus, in Sion; et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Eternal rest grant unto them, O Lord, and may perpetual light shine upon them. ✎. It is fitting, O God, to sing a hymn unto you on Mount Zion; and our vows shall be carried out for you in Jerusalem.

### Signum crucis

✎. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.



✎. Amen.

✎. Dominus vobiscum.




✎. Et cum spí-ritu tu-o.

### Ritus penitentialis

✎. Fratres, agnoscamus peccata nostra ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

✎. Miserere nostri, Domine.



✎. Qui-a peccávimus tibi.

✎. Lord, we have sinned against you: Lord, have mercy.  
 ✎. Lord, have mercy.

### Penitential Rite

✎. My brothers and sisters, to prepare ourselves to celebrate the sacred mysteries, let us call to mind our sins.

✎. Lord, we have sinned against you: Lord, have mercy.  
 ✎. Lord, have mercy.

*At the distribution of Holy Communion:*

✎. Corpus Christi.  
 ✎. Amen.

✎. The body of Christ.  
 ✎. Amen.

### Oratio post communionem

Præsta, quæsumus, Domine, ut famuli tui defuncti in mansionem lucis transeant et pacis, pro quibus paschale celebravimus sacramentum. Per Christum Dominum nostrum.




✎. Amen.

### Prayer after communion

Lord God, may the death and resurrection of Christ which we celebrate in this eucharist bring the departed faithful to the peace of your eternal home. We ask this through Christ our Lord.  
 ✎. Amen.

### Ritus conclusionis

✎. Dominus vobiscum.




✎. Et cum spí-ritu tu-o.

### Concluding rite


✎. The Lord be with you.  
 ✎. And also with you.

✎. Benedicat vos omnipotens Deus: Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus.



✎. Amen.

✎. Ite, missa est.



✎. De-o grá-ti-as.

✎. May almighty God bless you, the Father, and the Son, and the Holy Spirit.  
 ✎. Amen.

✎. The Mass is ended, go in peace.  
 ✎. Thanks be to God.

## Agnus Dei

**A**gnus Dei, \* qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. Agnus Dei, \* qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. Agnus Dei, \* qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

*The priest genuflects, and raising the host says:*

☩. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

☩. Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

☩. Corpus Christi custodiat me in vitam æternam.  
☩. Sanguis Christi custodiat me in vitam æternam.

*The choir sings the Communion antiphon proper to the day.*

## Antiphona ad communionem

Lux æterna luceat eis, Domine, cum sanctis tuis in æternum, quia pius es.

## Communion antiphon

May eternal light shine upon them, O Lord, in the company of your saints for eternity, for you are full of goodness.

☩. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

☩. Et salutáre tu-um da nobis.

☩. Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

☩. Amen.

## Kyrie

**K**ý-ri-e \* e- lé-ison. bis Chri-ste e- lé-ison. bis Ký-ri-e e- lé-ison. Ký-ri-e e- lé-ison.

*The celebrant sings the opening prayer:*

## Collecta

Preces nostras, quæsumus, Domine, benignus exaudi, ut, dum attollitur nostra fides in Filio tuo a mortuis suscitato, in famulorum tuorum præstolanda resurrectione spes quoque nostra firmetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

☩. Amen.

## Opening Prayer

Merciful Father, hear our prayers and console us. As we renew our faith in your Son, whom you raised from the dead, strengthen our hope that all our departed brothers and sisters will share in his resurrection. We ask this through our Lord Jesus Christ, your Son, who lives and reigns with you and the Holy Spirit, one God, for ever and ever.

☩. Lord, show us your mercy and love.  
☩. And grant us your salvation.

☩. May almighty God have mercy on us, forgive us our sins, and bring us to everlasting life.  
☩. Amen.



## LITURGY OF THE WORD

### Lectio prima

*Post lectionem:*

℣. Verbum Domini.



℟. De-o gráti-as.

### First reading

*After the reading:*

℣. The Word of the Lord.

℟. Thanks be to God.

*The choir sings the gradual chant proper to the day.*

### Cantus gradualis

Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.  
℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

### Gradual chant

Eternal rest grant unto them, O Lord, and may perpetual light shine upon them. ℣. The righteous shall be remembered for ever: he shall never fear evil tidings.

### Lectio secunda

*The choir sings the Alleluia chant proper to the day.*

### Alleluia

Alleluia. ℣. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

### Evangelium

℣. Dominus vobiscum.




℟. Et cum spí-ritu tu-o.

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiæ tuæ adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

Deliver us, Lord, from every evil, and grant us peace in our day. In your mercy keep us free from sin and protect us from all anxiety as we wait in joyful hope for the coming of our Saviour, Jesus Christ.


℣. For the kingdom, the power, and the glory are yours, now and for ever!



℟. Qui-a tu-um est regnum, et potéstas, et glóri-a in sæcula.

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, "Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis", ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

Lord Jesus Christ, you said to your apostles: "I leave you peace, my peace I give you." Look not on our sins, but on the faith of your Church, and grant us the peace and unity of your kingdom where you live for ever and ever. ℣. Amen.



℟. Amen.

℣. Pax Domini sit semper vobiscum.

℣. The peace of the Lord be with you always.

℟. And also with you.



℟. Et cum spí-ritu tu-o.

Offerte vobis pacem.

Let us offer each other the sign of peace.

Per Christum Dominum nostrum. Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum.



✠. Amen.

✠. Amen.

## COMMUNION RITE

Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

**P**ater noster, qui es in cælis: sancti-ficétur nomen

tu-um; advéni-at régnum tu-um; fi-at volúntas tu-a,

sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidi-ánium

da nobis hódie; et dimitte nobis débita nostra,

sicut et nos dimittimus debitóribus nostris; et ne

nos indúcas in tentati-ónem; sed líbera nos a ma-lo.

Through him you give us all these gifts. You fill them with life and goodness, you bless them and make them holy.


Through him, with him, and in him, in the unity of the Holy Spirit, all glory and honor is yours, almighty Father, for ever and ever.

*Post lectionem:*  
✠. Verbum Domini.



✠. Laus tibi, Christe.

✠. Lectio sancti Evangelii secundum...



✠. Glóri-a tibi, Dómine.

*At the end of the reading:*  
✠. The Gospel of the Lord.

✠. Praise to you, Lord Jesus Christ.

Homilia

Homily

Oratio universalis

Prayer of the Faithful



## LITURGY OF THE EUCHARIST

*The priest offers the bread, saying:*

Benedictus es, Domine, Deus univ-  
ersi, quia de tua largitate accipi-  
mus panem, quem tibi offerimus,  
fructum terræ et operis manuum  
hominum, ex quo nobis fiet panis  
vitæ.

Blessed are you, Lord, God of all  
creation. Through your goodness  
we have this bread to offer, which  
earth has given and human hands  
have made. It will become for us  
the bread of life.

*If the Offertory antiphon is not sung, the assembly may respond:*

Benedictus Deus in sæcula.

Blessed be God for ever.

*The deacon or the priest pours a drop of water into the chalice, saying:*

Per huius aquæ et vini mysterium  
eius efficiamur divinitatis consor-  
tes, qui humanitatis nostræ fieri  
dignatus est particeps.

By the mystery of this water and  
wine may we come to share in the  
divinity of Christ, who humbled  
himself to share in our humanity.

*The priest then offers the wine, saying:*

Benedictus es, Domine, Deus uni-  
versi, quia de tua largitate accipi-  
mus vinum, quod tibi offerimus,  
fructum vitis et operis manuum  
hominum, ex quo nobis fiet potus  
spiritalis.

Blessed are you, Lord, God of all  
creation. Through your goodness  
we have this wine to offer, fruit  
of the vine and work of human  
hands. It will become our spiri-  
tual drink.

*If the Offertory antiphon is not sung, the assembly may respond:*

Benedictus Deus in sæcula.

Blessed be God for ever.

Unde et memores, Domine, nos servi tui,  
sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi  
Filii tui Domini nostri tam beatæ passio-  
nis, nec non et ab inferis resurrectionis,  
sed et in coelos gloriose ascensionis: of-  
ferimus præclaræ maiestati tuæ de tuis  
donis ac datis, hostiam puram, hostiam  
sanctam, hostiam immaculatam, Panem  
sanctum vitæ æternæ, et Calicem salutis  
perpetuæ.

Supra quæ propitio ac sereno vultu re-  
spicere digneris: et accepta habere, si-  
cuti accepta habere dignatus es mune-  
ra pueri tui iusti Abel, et sacrificium pa-  
triarchæ nostri Abraham: et quod tibi ob-  
tulit summus sacerdos tuus Melchisede-  
ch, sanctum sacrificium, immaculatam  
hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus:  
iube hæc perferri per manus sancti Ange-  
li tui in sublime altare tuum, in conspec-  
tu divinæ maiestatis tuæ: ut quotquot ex  
hac altaris participatione, sacrosanctum  
Filii tui Corpus et Sanguinem sumpseri-  
mus, omni benedictione caelesti et gratia  
repleamur.

Memento etiam, Domine, famulorum fa-  
mularumque tuarum N. et N.: qui nos  
præcesserunt cum signo fidei, et dor-  
miunt in somno pacis. Ipsis Domine,  
et omnibus in Christo quiescentibus, lo-  
cum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas,  
deprecamur.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis,  
de multitudine miserationum tuarum  
sperantibus, partem aliquam et societa-  
tem donare digneris, cum tuis sanctis  
Apostolis et Martyribus: cum Ioanne, Ste-  
phano, Matthia, Barnaba, [Ignatio, Ale-  
xandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Per-  
petua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia,  
Anastasia,] et omnibus sanctis tuis: in-  
tra quorum nos consortium, non aestima-  
tor meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor  
admitte.

Father, we celebrate the memory of  
Christ, your Son. We, your people and  
your ministers, recall his passion, his res-  
urrection from the dead, and his ascen-  
sion into glory: and from the many gifts  
you have given us we offer to you, God  
of glory and majesty, this holy and per-  
fect sacrifice: the bread of life and the  
cup of eternal salvation.

Look with favor on these offerings and  
accept them as once you accepted the  
gifts of your servant Abel, the sacrifice  
of Abraham, our father in faith, and the  
bread and wine offered by your priest  
Melchizedek.

Almighty God, we pray that your angel  
may take this sacrifice to your altar in  
heaven. Then, as we receive from this  
altar the sacred body and blood of your  
Son, let us be filled with every grace and  
blessing.

Remember, Lord, those who have died  
and have gone before us marked with the  
sign of faith, especially those for whom  
we now pray. May these, and all who  
sleep in Christ, find in your presence  
light, happiness, and peace.

For ourselves, too, we ask some share  
in the fellowship of your apostles and  
martyrs, with John the Baptist, Stephen,  
Matthias, Barnabas, [Ignatius, Alexan-  
der, Marcellinus, Peter, Felicity, Per-  
petua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia,  
Anastasia] and all the saints. Though  
we are sinners, we trust in your mercy  
and love. Do not consider what we truly  
deserve, but grant us your forgiveness.  
Through Christ our Lord.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Iesu Christi.

Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et elevatis oculis in coelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

“ACCÍPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM QUOD PRO VOBIS TRADETUR.”

Simili modo postquam coenatum est, accipiens et hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens:

“ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.”

℣ . Mysterium fidei.

℣ . Mortem tu-am annunti-ámus, Dó-mine, et tu-am resur-  
recti-ónem confitémur, donec véni-as.

Bless and approve our offering; make it acceptable to you, and offering in spirit and in truth. Let it become for us the body and blood of Jesus Christ, your only Son, our Lord.

The day before he suffered he took bread in his sacred hands and looking up to heaven, to you, his almighty Father, he gave you thanks and praise. He broke the bread, gave it to his disciples, and said:

“TAKE THIS, ALL OF YOU, AND EAT IT: THIS IS MY BODY WHICH WILL BE GIVEN UP FOR YOU.”

When supper was ended, he took the cup. Again he gave you thanks and praise, gave the cup to his disciples, and said:

“TAKE THIS, ALL OF YOU, AND DRINK FROM IT: THIS IS THE CUP OF MY BLOOD, THE BLOOD OF THE NEW AND EVERLASTING COVENANT. IT WILL BE SHED FOR YOU AND FOR ALL SO THAT SINS MAY BE FORGIVEN. DO THIS IN MEMORY OF ME.”

℣ . Let us proclaim the mystery of faith.  
℣ . Dying you destroyed our death, rising you restored our life. Lord Jesus, come in glory.


*Then, standing at the altar, facing the people, he says:*

℣ . Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

℣ . Suscípíat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totíusque Ecclésiæ suæ sanctæ.

### Oratio super oblata

Nostris, Domine, propitiare muneribus, ut famuli tui defuncti assumantur in gloriam cum Filio tuo, cuius magno pietatis iungimur sacramento. Per Christum Dominum nostrum.



℣ . Amen.

### Prayer over the Gifts

Lord, we are united in this sacrament by the love of Jesus Christ. Accept these gifts and receive our brothers and sisters into the glory of your Son. We ask this through Christ our Lord. ℣ . Amen.






## EUCCHARISTIC PRAYER

## Præfatio


☩. Dominus vobiscum.



☩. Et cum spí-ritu tu-o.



☩. Sursum corda.



☩. Habé-mus ad Dóminum.

☩. Gratias agamus Domino Deo nostro.



☩. Di-gnum et iustum est.

☩. VERE dignum et iustum est...

## Præfatio

☩. The Lord be with you.

☩. And also with you.

☩. Lift up your hearts.

☩. We lift them up to the Lord.

☩. Let us give thanks to the Lord our God.

☩. It is right to give him thanks and praise.

☩. FATHER, all-powerful and ever-living God...

## EUCCHARISTIC PRAYER I

TE ÍGITUR, clementíssime Pater, per Iesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum, supplices rogámus ac pétimus, uti accépta hábeas et benedíctas hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclé-sia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro Benedicto et Antístite nostro Ioanne Patricio et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum famulárumque tuárum N. et N. et ómnium circumstántium, quórum tibi fides cógnita est et nota devótio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salutis et incolumitátis suæ: tibi que reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Communicantes, et memoriám venerántes, in primis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi: sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Mátyrum tuorum, Petri et Pauli, Andréæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippo, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmæ et Damiani,] et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Hanc igitur oblationem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æternâ damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

WE COME TO YOU, Father, with praise and thanksgiving, through Jesus Christ your Son. Through him we ask you to accept and bless these gifts we offer you in sacrifice. We offer them for your holy catholic Church, watch over it, Lord, and guide it; grant it peace and unity throughout the world. We offer them for Benedict our Pope, for Seán Patrick our bishop, and for all who hold and teach the catholic faith that comes to us from the apostles.

Remember, Lord, your people, especially those for whom we now pray, N. and N. Remember all of us gathered here before you. You know how firmly we believe in you and dedicate ourselves to you. We offer you this sacrifice of praise for ourselves and those who are dear to us. We pray to you, our living and true God, for our well-being and redemption.

In union with the whole Church we honor Mary, the ever-virgin mother of Jesus Christ our Lord and God. We honor Joseph, her husband, the apostles and martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Jude; we honor Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian] and all the saints. May their merits and prayers gain us your constant help and protection.


Father, accept this offering from your whole family. Grant us your peace in this life, save us from final damnation, and count us among those you have chosen.

*The Sanctus is sung by all at the end of the preface.*


## Sanctus




**S**anctus, \* Sanctus Dóminus De-us Sába-oth.



Pleni sunt caeli et terra glóri-a tu-a. Hosanna in excelsis.



Benedictus qui venit in nómine Dómini. Hosáanna in



excelsis.